

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Liber Sextus.

iii.

Incipit sexta pars de officijs dominicarum specialiter de quarundam feriarum et festiuitatū domini et ieiuniorum quatuor temporum. Proxime precedenti parte de diuinis officijs in genere diximus. nūc autē de specialitatibus et diuersitatibus eorundem per anni circulum ostendamus. videlicet de officijs dominicarum et quarundam feriarum. et festiuitatū domini. et de ieiunijs quatuor temporum. et de conuenientia ipsorum officiorum tam nocturnaliū quam etiā missarum. nō vniuersaliter dicitur eorum officia persequentes.

Ad quorum euidentiā est distictio temporum permittenda. Si quidem annus solaris quatuor temporum successione dilabitur. scilicet hiemis in quo semina iacunt. veris in quo seminata prodeunt. et in spicas accunt. estatis in qua messes albescunt et falce succedunt. et autūm in quo per ventilatiōem grana a paleis separata in horreis reponunt. Sic et magnus vite pntis annus duras ab initio seculi usque ad finem mundi quatuor temporum varietate mensurat.

Primū tempus fuit deuiatiōis in genere humano. videlicet ab adam usque ad moysen. in quo declinauerunt homines a cultu dei qui vera lux est facti idolatre. et nil illuminatiōis doctrine habentes. et simul inutiles facti sunt. et nō fuit qui faceret bonū usque ad vniuersum. Tunc enim reliquit homo deū creatorem suū et de lapide dixit. tu es deus meus. Hoc tempus quia fuit ignorantie et cecitatis bene concordat hiemi in quo obscuritas regnat.

Secundū tempus fuit reuocatiōis siue renouatiōis videlicet a moysē usque ad natiuitatem christi. quo edocti sunt homines per legem et prophetas de aduentu christi. de curacione peccati. et dilectione vniuersi dei. Tunc dominus dixit ad israel. audi israel. dominum deū tuum adorabis et illi soli seruiabis. et doctus est homo. quid sibi ipsi. quid deo. quod proximo facere tenet. Postmodum ob eandem causam suscitauit prophetas ut scilicet predicatio hominum magis ab erroribus reuocaret. Hoc tempus concordat cum vere quod habet aliquid luminis sed multum obscuritatis.

Tercium tempus fuit regressiōis siue reconciliatiōis et visitatiōis. videlicet a natiuitate christi usque ad ascensionem eiusdem per quam facta est gratia hominibus et predicatio euangelij. de quo dicitur. Ecce nūc tempus acceptabile. ecce nūc dies salutis. Hoc est tempus gratie. quo oriens nos visitauit ex alto. in quo tempore dominus qui est sol iusticie mundi sui presentia visitauit. et propria doctrina sufficienter illustrauit. hoc tempus concordat cum estate in qua claritas regnat.

Quartū tempus est peregrinatiōis. videlicet ab ascensione domini usque ad diem iudicij. ubi erit consumatio seculi quod tempus est habens

multum luminis quia dei misericordia reuelata sunt diuina misteria. habet tamen aliquod obscuritatis nostra negligentia faciente et sic concordat cum autūno. qui habet aliquod obscuritatis. sed amplius claritatis. In primo tempore viror fidei flos spei fructus caritatis. frigore infidelitatis exaruit. In secundo vinea domini aliquatenus viruit et floruit. In tercio virens et flores fructus uberrimos attulit. In quarto cadentibus folijs verborum decolorari cepit. Rursus tempus deuiatiōis dictum est tempus culpe et pene. Nam propter ipsam deuiatiōem homo subiectus est culpe. et propter culpam pene. Unde dicit dominus putas cum venerit filius hominis inueniet fidem super terram.

Tempus reuocatiōis dicitur tempus doctrine et prophetie. propter decalogum. per quod deus docuit genus humanum.

Tempus reconciliatiōis dicitur tempus libertatis et gratie atque leticie. Tempus peregrinatiōis dicitur tempus lucte et pene. siue laboris et penitentie. quod nos facimus declinatiōis et negligentie. Primus fuit desperatiōis. Secundus respiratiōis. Tertius liberatiōis. Quartus exercitatiōis. Nec quatuor tempora representat etiam singulis annis. siue statim ecclesie per hec quatuor tempora variatur. tempus hiemis et deuiatiōis in quo mors regnavit representat ecclesia a lux. usque ad pascha recolens casum et penam priorum pariterum propter eorum culpam. et ideo cantica leticie excepto gloria patri subtrahunt. sicut sub titulo de lux dicitur. Sileatur enim gloria in excelsis deo quod in testimonium pacis auditus est. quoniam veritas de terra orta est et iusticia de celo prospexit.

Tempus veris et renouatiōis nuntiat etiam in aduentu domini. per quem omnia renouata sunt usque ad natale domini. Vnde ad notandum quod patres illius temporis habuerunt aliquod luminis sed multum obscuritatis respectu sequentium minora cantica leticie cantat gloria patri et allia. sed maiora supprimit. scilicet gloria in excelsis. Te deū laudamus. et sequentias. sicut ibi dicitur. quia enim hoc tempore peccatum regnavit non propter ignorantiam ut mors prius. sed propter carnis infirmitatem. ideo canitur alleluia. quia presens huius temporis sub lege fuerunt. Sed gloria in excelsis siletur. quod est signum pacis et iusticie quam lex dare nequiuit. Tempus estatis et reconciliatiōis siue regressiōis representat ab octauis pasche usque ad octauas penthe. quia per paschales agnū reconciliam deo. omnia cantica leticie et fere post omnes dictiones allia multiplicans. ad significandum huiusmodi gaudium de nostra resurrectione. significat enim tempus illud statum felicitatis eterne. tunc etiam gloria in excelsis canitur quia in resurrectione iusticia ideo est caritas perficiet et plena pax dabit.